JOANNES GEORGIUS I,
ELECTOR SAXONIAE,
ET
FRIDERICUS AUGUSTUS I,
REX POLONIARUM, ELECTOR SAXONIAE,
REI JUDICIARIAE LEGISLATORES.

§. 1.

Rerum publicarum et civitatium viciſſitudines, teſte hiſtoria, et ipſa horum temporum experientia, duplicis generis ſunt. Spectant enim aut evertendam et penitus diruendam eam, quae huc usque fuit civitatis formulam, novam vero praeparandam et invehendam, cuius ſtatus triſtiſſimi tempora militaria et despotica potius quam civilia dixeris, quippe quae non legibus reguntur et iuſtis certisque, quae ex civitatis forma deri-